Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8509
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



Coepit autem dicere ad plebem parabolam hanc homo plantauit uineam et locauit eam colonis et ipse peregre fuit multis temporibus

Et in tempore misit ad colonos seruum ut de fructu uineae darent illi qui caesum dimiserunt eum inanem

Et addidit alterum seruum mittere

Illi autem hunc quoque cedentes et efficientes contumelia dimiserunt inanem

Et addidit tertium mittere qui et illum uulnerantes eiecerunt

Dixit autem dominus uineae quid faciam mittam filium meum dilectum forsitan cum hunc uiderint reuerebuntur

Quem cum uidissent coloni cogitauerunt inter se dicentes